



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=tias
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||
quatuor.||**

Durandus <de Sancto Porciano>

Antverpiæ, 1567

Quæstio tertia. Vtrum formæ consecrationis corporis & sanguinis Christi
sint connexæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

Magistri Durandi de

tionem ad ultimum instans prolationis verborum, ut statim dicetur, quia tunc corpus Christi est sub speciebus panis, & est sensus hoc, i. corpus meum est corpus meum, sed ista forma non congruit sacramento, quia per sacramentum non efficitur, p. corpus Christi sit corpus, sed solum efficitur p. corpus Christi continetur in sacramento, propositio autem sic intellecta solum sentit, quod corpus Christi sit corpus suum. Et ideo illa forma non significat quod efficitur per sacramentum, quod est contra naturam cuiuslibet forma sacramenti. Si autem fiat demonstratio individui usi dicendo hoc, i. contentum sub hoc, tunc propositio est vera, & congrua forma, quod patet sic: formae sacramentales non solum sunt significativa, sed etiam causativa eius quod significant, propter quod ad idem instans referenda est eorum efficientia & significativa, sed eorum efficientia est in ultimo instanti prolationis, ergo eorum significativa referenda est ad ultimum instans. Pro illo autem instanti vera est demonstratio, quia in illo instanti continentur sub speciebus est corpus Christi: forma etiam est congrua, quia hoc efficitur per eam quod significativa, scilicet quod corpus Christi sit contentum sub speciebus, vel econuerso p. contentum sub speciebus sit corpus Christi. Hoc ramen secundum est, p. licet in ultimo instans prolationis verborum illi corpus Christi sub speciebus, existentia ramen eius praesupponit ordine naturae completam significacionem verborum, sicut effectus supponit causam. Sunt tandem simul tempore. Et hoc sufficit ad hoc quod vnum per alterum demonstretur.

23 Ad secundum dicendum quod illa verba, Hoc est corpus meum, Christus consecrando protulit, debent enim sic ordinari in construendo: Accepit panem & benedixit dicens: Hoc est corpus meum. Et postea fregit & dedit discipulis. Et sic prolatio verborum praecessit traditionem corporis discipulis factam.

QVÆSTIO TERTIA.

Vtrum formæ consecrationis corporis & sanguinis Christi sint connexæ.

Tho. 3. q. 78. ar. 6.

Ad Secundum proceditur. Et arguitur quod formæ huius Sacramenti sint connexæ, ita scilicet p. vna non habeat suum effectum nisi alia prolata, quia effectus istarum formarum est, quod corpus & sanguis Christi sint in hoc sacramento realiter, sed corpus Christi non est sine sanguine, nec sanguis Christi est sine eius corpore, ergo forma que est ad coelestrationis corporis non habet suum effectum sine forma que est ad consecrationis sanguis, nec econverso.

24 Ite si ista forma non essent connexæ, sed totaliter disparte, tunc vna forma posset proferri per vnum ministrum & haberet suum effectum. Et alia forma per aliud ministrum, & similiter haberet suum effectum. Hoc autem videtur inconveniens, cum ambæ formæ pertinere ad vnum sacramentum, ergo & illud ex quo sequitur.

25 Item quod in baptismō sunt tres immersions, & ter dicitur, ego baptizo te, in sola ultima immersione, & verborum prolatione habetur effectus baptismi, similiter ergo cū in hoc sacramento sunt duas materias & duas formæ, videtur p. in prolatione ultima formæ solum habeatur effectus huius sacramenti.

26 In contrarium arguitur, quia si prolati isti verbi, hoc est corpus meum, non essent ibi corpus Christi verum, illa verba non essent vera, & sic in sacramento summe veritatis esset falsitas, quod est valde inconveniens, ergo & illud ex quo sequitur, videlicet p. prima verba non habeant suum effectum nisi prolati secundis.

27 R E S P O N S I O. Videnda sunt duo. Primum est de connectione formarum. Secundum est de præminentia vnius ad alteram.

28 Quantu[m] ad primi dicendum est, p. formæ non sunt connexæ, ita p. vna non habeat suum actum sine alia, immo quod liber habet suum effectum etiam si altera non proferatur; quod patet, quia forma debet proportionari materia, sed materia huius sacramenti sunt distinctæ, in nullo ab inuisi[us] dependent, ergo & formæ quantum ad efficaciam non dependent ab inuisi[us]. Secundo, quia sacramentum quod non habet impedimentum statim habet efficaciam in

Sancto Porciano

prolatione verborum, vel nunquam, sed sacramentum hoc non potest habere impedimentum ex parte materie, quia est panis & vinum, uppolito p. panis sit triticus, & vini de vite, ergo facta prolatione super materiam statim sacramentum habet suam efficaciam. Tertio, quia cum hoc sacramentum sit propter vnum suum, si non posset consecrari una materia sine alia, videretur quod vna non posset vel non deberet sumi sine alia, quod est fallacio, quia populus sumit sub forma panis & non sub specie vini, hoc etiam habet ritus ecclesiæ, quia facta consecratione panis ante consecrationem vini statim ostenditur corpus Christi, ut ad randum quod non fieret nisi esset consecratum, alias esset causa vel occasio idolatriæ.

29 Quantum ad secundum secundum est p. cum sacramentum istud consistat in consecratione materie, & non in eius vnu vel effectu, ideo præminentia vnius formæ ad alteram debet attendi secundum id p. continetur sub una specie, vel sub altera, aliquid autem continentur sub speciebus prædictis. Vno modo directe ex vi sacramenti. Alio modo ex concomitantia. Primo modo continetur sub speciebus panis solum corpus Christi, & sub speciebus vini solus sanguis Christi, sicut ipse formæ prædictæ hoc innunt. Et quantu[m] ad hoc forma coelestrationis corporis præminent formæ coelestrationis sanguinis, quia corpos Christi quod pertinet ad intraneitatem & essentiam naturæ humanae, Christo assumpto preuenient sanguini, qui non pertinet intrinsecè ad essentiam humanae naturæ à Christo assumpto, sed est humor in via ad conversionem in corpus Christi quantum est de cursu naturæ.

30 Quantum autem ad ea quæ cōtinentur in hoc sacramento ex concomitantia una forma non præminent alteri, quia, vt communiter tenetur, totus Christus cōtinetur sub vtræ specie, de quo ramen inferius inquireret.

31 Ad primum arg. dicendum quod corpus & sanguis Christi sunt in hoc sacramento vt veniant in vnum fideliū per modum cibi & potus medianis tibus speciebus: & quia aliquis potest vni cibo sine potu, vel potu sine cibo, ideo siue solum corpus Christi sit sub speciebus panis ex vi sacramenti, & solus sanguis sub speciebus vini, siue totus Christus sit sub vtræ specie ex concomitantia, una ramen species potest consecrari sine alia, & venire in vnum fideliū.

32 Ad secundum dicendum p. quantitate est de necessitate sacra menti vna forma posset proferri super suam materiam per vnum ministru, & alia per alium. Sed tales ministri essent puniendi de tanta temeritate, Si ramen sacerdos facienda coelestrationis corporis moreretur, alius sacerdos deberet supplere consecrando sanguinem, ne sacramentum remaneret imperfectum, sicut haberet ex statuto consilii Tolerationis, vel secundum Innocentium, III. Hostia iam consecrata esset ponenda seorsum, & super aliam non consecrata vna cū vino esset facienda vna consecratio, inclpiendo principio canonis.

33 Ad tertium dicendum p. tres immersions quando sunt in baptismō cum forma verborum tripli caria tenet vi cū vnius, quia sunt vnius rationis, & ad vnu effectum, si cut tres candela caulfant vnum lumen. Et tres homines trahunt vnam nauem, & est vnius tractus, sed forma consecrationis panis, & forma consecrationis vini sunt diuer sarum rationum, & super diuersam materiam, nec sunt ad vnum effectum quantum est directe ex vi sacramenti. Et ideo vna non dependet ex alia.

QVÆSTIO QVARTA.

Vtrum corpus Christi possit licite sumi post medicina, vel post cibum sumptum per modum medicinae.

Tho. 3. q. 80. ar. 8.

34 Tertio principaliter queritur, vtrum Sacramentum eucharistiae possit licite sumi post medicinam, vel post modicum cibum sumptum per modum medicinae. Videretur quod sic: quia non minor reverentia debetur huic sacramento iani sumpto quam sumpto, sed sumpto hoc sacramento licet medicinalia recipere, ergo & ante.

2 Item